

iter a Buda usq; Goritiam. ccc. aut circiter pass. milia. Hoc iter & breuissimum est: & cōmodissimum. Cætera omnia impeditissima: Neq; magnis exercitibus peruria. Non itaq; dubitem: ut superius diximus: Athilam pri mā tenuisse uiam. Nisi forte partem aliquam equitatus ad excursiones Dalmaticas transmisit: ut eam omnem oram diriperent ac uaſtarent. Li bet hic si liceat de natura rerum opifice queri: Quæ cū Italiam altissimis alpium munimentis circundatam ab cæteris gentibus defendat: Has pe ne solas Venetiæ fauces reliquit planiores apertioresq;: q̄ ut eas maximi ipeditissimiq; exercitus non possint superare. Hinc Cimbri: Gotthi: Hun ni: Eruli: Vandali: Galli: Auares: Longobardi: Hungari: Sclavi: Hinc no uissime Turci iam quinques Italiam ingressi: Minante nescio quid maxi mo atq; optimo moderatore rerum omnium humanarum deo. Quem interdum pie uereri & possumus & debemus: Fauces istas ad flagellandam pro meritis Italiam peruias & apertas permisisse. Quāq; eandem quoq; superandi alpes cōmoditatē reciprocā quadam facultate non minus ad Italos pertinuisse uideri possit. Quandocunq; pro arbitrio his uideretur barbaras ipetere natiōes: Vt Romāis quondā uidemus extitisse: Qui nō aliunde q̄ per alpium tramites in Pannonias Messiam Germaniam Galli as deniq; & Hispanias ingentes exercitus ductauere. Itaq; quod ad impe rium attinet tā Barbaris q̄ Italī omnis in uirib; ac disciplina militari res semper fuit: semperq; erit. At uero id nobis acerbum dolendumq; propte rea uidetur qđ italiæ uires deficiētibus incolis mirum immōdum sunt exhaustæ. Virtusq; militaris uix quicq; retinet exempli ueteris spiritusq;. Translata uidentur omnia ad Barbaras nationes: seu desidia nostrorum temporum: seu morum malignitate.

### LIBER TERTIVS:

Vm mecum ipse inter scribendum tantarum conuersiones re rum animo reputo: Illud cōsideratione haud indignum occur rit q̄ bene digesta cōmensurataq; sapientia: Sūmus mortaliū rerumq; omnium arbiter: & gubernator Deus longe breuiorē dedisset homini uiuendi cursum: q̄ multis animantium generibus. Præci pue cum supra cætera quasi regem & dominatorem constituisset. Nam si eos metimur humanę uitę ānos posteaq; uidelicit hō pollere incipit rōne. Vnde & rationalis nomen accepit: Vsq; quo accendentibus corporis & in genii uiribus: obire huius uitæ munera non magis potest q̄ necesse est. Sa ne quicquid iter hæc mediū ē: nō tantū exiguū: sed pusillū etiā uideatur. Cur aut usq; adeo parca auaraq; qđ multi querūtur mēsura erga hoīem sit usus: Alii aliud sensere. At uero mihi ēt mollius hēndū uidetur: nedū nō